Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sagwnē ī me manet ⁊ ego in eo **Sequencia**

Laudā syon saluatorē laudā ducē et pastorē in ymnis et
canticis Quantū potes tantū grande quia maior omni laude
nec laudare sufficis Laudis thema specialis panis viuus et
uitalis hodie proponitur Quem in sacra mense cene turba fratrū
duodene datum non ambigitur Sit laus plena sit sonora sit iu
cunda sit decora mentis iubilatio Dies enim sollempnis agitur
in qua mense prima recolitur huius institutio In hac mensa nouī
regis nouum pascha noue legis phase vetus transit Veritatem
noctis umbra fugat vitam nocte lux illuminat Quod in cena
xpus gessit faciendum hoc expressit in sui memoriam Docti sacris in
stitutis panem vinum in salutis consecramus hostiam Dogma datur
christianis quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem Quod non
capis quod non vides animosa firmat fides preter rerum ordinem Sub
diuersis speciebus signis tantum et non rebus latent res eximie Ca
ro sanguis potus manet tamen xpus totus sub vtraque specie
A sumente non concissus non confractus nec diuisus integer
accipitur Sumit unus sumunt mille quantum isti tantum ille nec sumptus
consumitur Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali vite ul
timus Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quan
tum discrimen erunt Fracto demum sacramento ne vacilles sed me
mento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur Nulla rei
fit scissura signum tantum fit fractura qua nec status nec statura
signati minuitur Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere
panis filiorum non mittendus canibus Infiguris prefiguratur oblatus Isaac
immolatur agnus paschae deputatur datur manna patribus Bone pastor
panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos iuuare tu nos bona
fac videre in terra viuentium Tu qui cuncta scis ⁊ vales qui nos
pascis hic mortales tu nos ibi comensales cohoeres ⁊ sodales fac
sanctorum cum